

Johann Vake

Ad Virum Maxime-Reverendum, atq[ue] Excellentissimum Dominum Johannem Fridericum Mayerum Doctorem Theologum, ad Div. Jac. Pastorem &c. ... Epistola Responsoria : exhibens Quaestiones Praeliminares Sententiam De Resurrectione Mortuorum Rationis Lumine Probabili Concernentes

[Hamburg]: Literis Zieglerianis, 1697

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn825707498>

Druck Freier  Zugang



10
11
12
13

L.a-d 420p ^{May}
212 p
104 p
Wf. 103 p
64 p

51. c. 6.

26 p

19 p

W. 210 p

64 p

52 p

23 p

16 p

16 p

38 p ^{Find.}

8 p

16 p

121 - 140 p

Fig. - 10691 - 27.



Contenta.

1. Litterarum Religionis, cum prefatione D. Sinceri.
2. D. Sibelviciq; Pars III. ~~de~~ Practicarum.
3. D. Deitshmanni ~~de~~ de Indignis Anist ~~de~~ Anist ~~de~~ Anist.
4. Drenneyandi ~~de~~ de Anmar ~~de~~ Anmar ~~de~~ Anmar.
5. O. Sibelviciq; Thesis de Tempore.
6. Repetitio doctrinae de Fundamento Fidei.
7. Thomasi Disp. de fine Principis circa hereticos.
8. Defensio fortinae de Fundamento salutis.
9. M. Loti ~~de~~ de Publica ~~de~~ de Probationibus ad D. Thomasi.
10. Eisdem ~~de~~ de Quodam ad Thomasi.
11. M. Stiffelij ~~de~~ de Leditio Monitoria.
12. Eisdem ~~de~~ de Additamentum Leditiois.
13. Alasia ~~de~~ de Cantuari ~~de~~ de Epistola ad Amica.
14. Epistola 2. ~~de~~ de Könige. ~~de~~ de Polen. ~~de~~ de Antise ~~de~~ de uny Thomasi.
15. Fiskini ~~de~~ de Tolmar ~~de~~ de Unrastma ~~de~~ de Digi ~~de~~ de Bibla ~~de~~ de uny.
16. O. Mayeri ~~de~~ de qiffis ~~de~~ de Hartou ~~de~~ de Cantio ~~de~~ de Adel.
17. Eisdem ~~de~~ de dicitur ~~de~~ de An ~~de~~ de Thintar ~~de~~ de emidig ~~de~~ de Fustar.
18. Chr. Fridrich ~~de~~ de Fuldach ~~de~~ de uny ~~de~~ de uny ~~de~~ de uny ~~de~~ de uny ~~de~~ de uny.
19. O. J. A. ~~de~~ de Fmid ~~de~~ de An ~~de~~ de uny ~~de~~ de uny ~~de~~ de uny ~~de~~ de uny.
20. Eisdem ~~de~~ de Argumenta ~~de~~ de resurrectione ~~de~~ de ex lumine ~~de~~ de naa ~~de~~ de gantia.
21. O. Mayeri ~~de~~ de Epistola ~~de~~ de ad ~~de~~ de Vakia ~~de~~ de de ~~de~~ de naa.
22. Vakie ~~de~~ de Epistola ~~de~~ de Responsoria, ~~de~~ de quoad ~~de~~ de proliminaria.
23. Eisdem ~~de~~ de Responsoria ~~de~~ de quoad ~~de~~ de vindictas.
24. Flosculi ~~de~~ de quidam ~~de~~ de ex ~~de~~ de scriptis ~~de~~ de Vakianis.
25. O. Mayeri ~~de~~ de gratulatio ~~de~~ de Vakio ~~de~~ de retractationem.
26. Vakij ~~de~~ de Epistola ~~de~~ de popo ~~de~~ de Palatonia.
27. Mayeri ~~de~~ de contradictionis ~~de~~ de labe ~~de~~ de absterfa.

23
AD

VIRUM

Maxime-Reverendum, atq; Excellentissimum

DOMINUM

IOHANNEM FRIDERI-
CUM MAYERUM

Doctorem Theologum, ad Div. Jac. Pastorem &c. longè
celeberrimum, Fautorem, Amicum & Collegam multis
nominibus venerandum

EPISTOLA RESPONSORIA

exhibens

Quæstiones Præliminares

Sententiam

DE RESURRE-
CTIONE MORTVO-
RUM RATIONIS LU-
MINE PROBABI-
LITER CONCERNENTES,

conscripta

a

M. IOHANNES VAKE;

Archi-Diacono Paulo-Petrino.

Hamb. Ao. 1697. d. 14 Julii.

Literis Zieglerianis.

Scripta
ad hanc controversiam pertinentia.
M. JOHANNIS VAKE

Kurzer / doch
Gründlicher
Beweissthumb

Aus dem Liecht der Natur / daß

Ein **WAZZ** sey /

Der die Welt regieret / Dem die Menschen zu dienen
schuldig sind / Von welchem sie eine Auferweckung
zu erwarten haben /

Sampt einem
Vor - Bericht /

Von der

PRAE-ADAMITEREY.

Hamburg / Anno 1696. im September.

Gedruckt bey Conrad Neumann / C. E. und Hochw.
Nahts Privilegirten Buchdrucker.



Q. D. B. V.

DISPUTATIONUM HAMBURGENSIVM

Sexta

RESURRECTIONIS POSSIBILITA-
TEM RATIONI NON IGNOTAM,

exponit,

PRÆSIDE

GERHARDO MEJERO, Lic. & P.P.

RESPONDENTE

ERNESTO CONRADI, Hamburg.

ANNO M DC XCVII. ad d. XXI. April.

Hamburgi, Lit. Conr. Neumanni, Senatus, Gymn. atq; Scholæ Typogr.

Q. D. B. V.
DISPUTATIONUM HAMBURGENSIUM

Octava
edidit

RESURRECTIONEM CARNIS
IGNOTAM RATIONI,

PRÆSIDE

GERHARDO MEJERO, Lic. & P. Publ.

RESPONDENTE

JOACHIMO HARTWIGIO TURBAN, Hamburg.

ANNO M DC XCVII, ad d. XIX, Maji.

Hamburgi, Lit. Conr. Neumanni, Senatus, Gymn atq; Scholæ Typogr.

ARGUMENTA

ex
LUMINE RATIONIS

RESURRECTIONEM CARNIS

probantia,

olim

Germanice conscripta,

nunc

Syllogisticè quidem, modelte tamen

Repetita per

M. JOHANNEM VAKE, Archi-Diaconum Paulo-Petrinum.

Hamburgi, Lit. Conr. Neumanni, Senatus & Gymn. Typ. 1697. d. 20. Maji.

Q. B. V.

JOHANNIS FRIDERICI MAYERI,
CONSILIARII REGII,

Doct. atq; Prof. Theologi & ad D. Jac. Pastoris,

Super Quæstione:

An seclusa revelatione ex solo naturæ lumine resurrectio carnis
innotescat & probari possit?

Epistola

Ad Plur. Rev. & Ampliff. Virum

DN. M. JOHANNEM VAKEN, Eccl. Petrinæ Archidiacon. meritiss.

Hamburgi, Literis Friderici Conradi Greflinger, Ann. 1697.



Salutem Plurimam

ex

Unico omnis salutis fonte!

Vir Maxime-Reverende, Excellentissime, Doctissime,
Fautor, & Amice singulariter colende, Frater
in Christo dilectissime.

Impiorum instantias, & exceptiones, imo tricas
tua mihi exposuit Epistola. Ingratum vero
fuit, in illa tot, & tanta legere personalia, quæ
tandem nil nisi rixas, lites, & contentiones pa-
rere possunt. Illas verò maximè abominor, & omnes
mecum boni, nec illis, nisi vir rixarum, qui in contentio-
nibus semper vivit, ut Salamandra in igne, se delectare pot-
est: ad quas, Vir Maxime Reverende, qui non
tantum pacis amans, sed & pacificus audis, præcavendas
omni mecum studio laborabis. Quanti vero sint pretii
illæ Impiorum tricæ, Vindiciæ argumentorum
mox subsecuturæ ostendent. Interim has quæstiones
præliminares Te, Vir Maxime-Reverende,
benigne interpretaturum, confido.

PRIMA.

PRIMA.

Quis hujus sit controversiæ status ?

Est talis :

An ex Lumine Rationis talia possint argumenta proferri, quæ Resurrectionem carnis partim persuadere, partim evincere possunt homini sibi relicto, ut fide humana illam credat ?

Ubi notandum (1) de Subjecto persuasionis, & Devictionis activo, illud non esse hominem Ethnicum, qui pravis opinionibus est præoccupatus, exinde intellectum habet magis obscuratum, ut lumen rationis, quo natura nos instruxit, in tantis nebulis radios suos minus effundere possit : Sed Philosophum, qui vera, & sana Philosophia est imbutus, atque illud præ oculis habere contendit, quod solido discursu ex principiis natura cognitæ veritatem facit cognoscibilem.

(2) Subjectum passivum esse quidem hominem sibi relictum, in quo tamen prærequiritur attentio ad radios, quos de Deo, & homine lumen rationis spargit. Qui etenim aberrat a cognitione Dei, negatque ejus existentiam, bonitatem, sapientiam, justitiam, omnipræsentiam, immutabilitatem, infinitatem, providentiam, regimenque : item, qui errat in doctrina de anima, & corpore hominis : ille nunquam admittet argumenta mea, sed semper negabit. Prius ergo ille in suo errore est convincendus, & recte informandus : Id quod aliquatenus tentavi in opusculo meo Germanico, quod cuique illud consideratè Legenti obvenit. Prærequiritur quoque in subjecto passivo ad minimum bona intentio & propositum & qualecunque studium Creatori suo debitum exhibendi cultum, quod in hominem sibi relictum cadere posse, nullus dubito. In quem finem in opusculo meo germanico p. 10. probavi : daß die Menschen Gott zu dienen schuldig seyn. Etenim, qui pravis suis indulget

dulget affectibus, dissolutæ est vitæ, voluntatē sui creatoris susque;
 deque habet, illius intellectus, in quo alias naturaliter sunt tenebræ,
 acquisite est obscuratus, ut vix ac ne vix quidem videat veritatem,
 quam lumen rationis monstrat, utpote qui verum a falso discernere
 vix novit. Ex justo Dei judicio ille habet *ὄν ἀδύναμον*, qui probat
 reprobanda, & reprobatur probanda Rom. I. 28. Homines impii
 possunt obbrutescere II. Petr. II. 12. i. e. ad stuporem intel-
 lectus redigi. Schertz. Brev. Hulf. p. 87. fin. De illius quidem con-
 victione non est desperandum, erit tamen difficilior. Impia mens
 odit etiam ipsum intellectum, & homo aliquando nimium
 mente perversa timet intelligere, ne cogatur, quod intelle-
 xerit, facere. August. Serm. 13. de verb. Apost. Tom. X. fol. 310. A.
 (3.) Effectum esse fidem, non divinam, sed humanam. Divina est,
 cujus principium est Supernaturale lumen S. Scripturæ: humana,
 cujus principium est naturale lumen sanæ rationis. Theodoretus
 hanc *βεβαιαν*, firmam dicere, minime dubitavit: 9. de Pro-
 v. prope finem. Et tandem (4.) de Argumentis, illa non
 esse ejusdem generis, sed partim resurrectionem persuadere,
 partim evincere, prout minorem vel majorem, probandi vim
 habent: non enim omnia mea argumenta ejusdem esse valo-
 ris, & ponderis, sed unum altero gravius, facilis concedo. Siquidem &
 demonstratio demonstrationē certitudine & dignitate vincit.
 Id ipsū præmonui Repetitione Argumentorum pag. 7. illa con-
 junctim sumpta faciunt demonstrationem in sensu lato sumtam. Quod
 attinet inscriptionem opusculi mei Germanici, *Gründlicher Beweise*
ihumb/sumitur illa in sensu generali, quo argumentatio ex suis funda-
 mentis asseritur. Hoc sensu Athenagoras usus est termino Demon-
 strationis libr. de Resurrectione fin. 54. D. fin. 55. B, qui omnino viden-
 dus. Nec non Isidorus Pelusiota, cujus locus infra dabitur. Ad
 argumentum vero Tuæ Maxime Reverendæ Dignitatis pag.
 5. Epist. Quo sensu accipitur terminus complexus, *Gründ-*
licher

licher Beweisbuch/ quando pro existentia Dei conclusit, eodem sensu capiatur, quando pro carnis resurrectione conclusit, necesse est, respondeo negando Majorem. Instas: aliàs homonymiis luditur, atq; in eâdem enunciatione diversus fuerit ejusdem notionis, (uti Logica Hamburgensis loqui amat), sensus. Quid? si dicerem, inusitatum non esse, eandem notionem in eadem enunciatione diversos habere sensus. Ecce! exemplum in Scripturis. Exod. XIV, 31. Crediderunt Domino, & servo ejus Mosi. Ubi eadem notio credere diversos habet sensus in eadem enunciatione: in prima enim parte, ubi de Deo agitur, denotat fidem divinam, in altera, ubi de homine, fidem humanam. An & Spiritus Sanctus ludit Homonymiis? Sed conveniamus ambo ad *viv' ev aigyptis* Dominum nostrum Præceptorem. Quid ille de hoc loco? quomodo illum interpretatur? Non adest ejusdem prædicati communio: nam contextus poscit, ut repetatur vox crediderunt: crediderunt in Jehovam, & crediderunt in Mosen. Alia fides Jehovam, alia Mosen pro objecto habuit. Colleg. Anti-Soc. p. 220. (257.) Eodem modo terminus ille complexus, *Gründlicher Beweisbuch* in opusculo meo Germanico est explicandus. Ubi de Deo agitur, notat Demonstrationem in sensu strictiori: ubi de Resurrectione, demonstrationem in sensu laxiori. Pergis: Hujus ponderis argumenta scopus, quem tuo destinasti scripto, nisi ab illo aberrare velis speq; excidere tua, vel maxime flagitat. Sed de hac materia commodior differendi dabitur occasio in sequentibus. Ex hoc controversiæ statu ritè a me formato, & explicato fuit hæc Thesis: Resurrectionem non plane, & penitus Rationi esse ignotam, sed aliquo modo cognitam, quam in Repetitione argumentorum pag. 7. asserui.

SE-

§(8)§

SECUNDA.

An unicus, aut primus hujus sententiæ
sim autor ?

Multos habeo ante, juxta, & pone me sentientes mecum
Theologos. Ut in evolvendis illis operæ parcam, sufficient,
quos passim in hac Epistola adduxi. Hoc tantum noto,
Amplissimum Dominum Mejerum non planè ablu-
dere à mea sententia. Suum enim fecit illud **magni**

Calovii : Resurrectio mortuorum naturæ Lumine proba-
biliter constat : solide doceri non potest. Disp. IIX. Hamb. p. 78.

Hinc pro meâ Thesi argumentum : quicquid Naturæ lumine
probabiliter constat, illud Rationi non planè & penitùs est
ignotum, sed habet rationis argumenta probantia, licet
non solida, ut revelatio. Atqui Resurrectio secundum Magn.
Calovium & Dominum Mejerum Naturæ Lumine proba-
biliter constat. Ergo.

Notatu quoq; dignum est, quod legitur Disp. VI. Hamb. pag. 55. § 9.
*Resurrectionem carnis à bonitate pariter ac justitia Dei potius requiri quam repu-
diari, Celeberrimus, quem modo laudabam, Dn. D. Fechtius T. I. Noët. Christ. p.
900. declaravit solidissime. Hats auffß gründlichste dargethan.*

Hinc oritur argumentum :

Quicquid ex bonitate & justitiâ Dei declaratum est
solidissimè, illud à rationis naturalis probatione
non est alienum

Sed Resurrectio Mortuorum est tale, quod ex boni-
tate &c.

Ergo Resurrectio Mortuorum est illud, quod &c.

Quomodò verò soliditas & probabilitas inter se conveni-
ant, quæ Magnus Calovius citato dicto sibi invicem opposuit :
item Actualitatem Resurrectionis Rationi esse ignotam,
& non planè & penitùs ignotam : item argumentum à bo-
nitate

nitate Dei (paterna) esse solidissimum Disp. VI. Hamb. §7. pag. 53. & dialecticum Disp. VIII. Hamb. pag. 80. §14. alii dispiciant. Dicerem, idem argumentum divers. respectu posse dici, & solidissimum, & non solidum.

TER TIA.

Vtrum in hâc controversiâ Antagonistam spontè elegerim ? an verò ex inopinato invenerim ? si modo adversarius dicendus.

Prius asseris, Vir Maxime-Reverende de me pag. 5. & alibi Epistolæ. Sed hanc quætionem indeterminatam relinquo æqui lectoris judicio. Legat des Gründlichen Beweissthumbs pag. 13. verba: daß die Gerechten eine Aufserstehung zu einem andern Leben zu hoffen haben / lehret das Licht der Natur folgender Gestalt. Gott hat den Menschen erschaffen / fürnehmlich zu seinen Ehren / daß Er seine grosse Güte / wunderbahre Macht und mannichfaltige Weisheit soll erkennen / Ihn deswegen loben und preisen / Ihm dienen und gehorchen. Diesen Zweck erreichet der Schöpffer nicht allerdings in diesem Leben. Denn ob zwar einige Menschen sich besteißigen / ihrem Schöpffer zu Ehren zu leben / können sie es doch nicht so vollkommen thun / als sich gebühret. Wie sie die Güte / Macht und Weisheit ihres Schöpfers nicht vollkommen können erkennen / denn das wenigste wissen sie davon / das meiste ist ihnen verborgen: So vermögen sie auch nicht Gott zu loben und zu preisen nach dem Erkänntnis / das sie noch von Gott haben / ich geschweige / daß sie Ihm schuldigen Dienst und Gehorsam können leisten. So ist demnach offenbar / Gott habe solchen seinen Kindern noch ein ander Leben vorbehalten / da sie besser können zu seinen Ehren leben / da er ihnen den ganken Reichthumb seiner Güte / Macht und Weisheit wird offenbahren / da sie ihn werden loben und preisen / ihm dienen und gehorchen in vollkommener Heiligkeit und Gerechtigkeit. In wiedrigem Fall würde der Schöpffer seinen Zweck nicht gänzlich erreichen / da er doch denselben erreichen kan / wann er nur will. Er kan ihn erreichen / wann er nur seine Kinder wiewerschaft in vollkommener Weisheit / Heiligkeit und Gerechtigkeit: Das will er auch thun / denn es gereicht zu seinen Ehren. 10. Bedencket man den gegenwertigen Zustand der Menschen / macht auch der Hoffnung von ein
nem

B

nem andern Leben. Haben sie nach diesem Leben kein ander Leben zu hoffen/ sind sie die Elendesten unter allen Lebendigen auff Erden. Die Thiere und das Vieh sind nicht so elend daran/ als der Mensch. Der Mensch weiß/ daß er sterben muß/ ins gemein fühlet und mercket er/ daß er stirbet/ ja er empfindet die Schmerken des Todes; daher er im ganzen Leben/ sonderlich am Ende mit der Furcht des Todes sich muß quählen/ und ist der Todt dem Menschen unter allen erschrecklichen das allererschrecklichste. Von solcher Furcht des Todes wissen Thiere und Vieh ganz nichts: Wann sie zur Schlacht-Bancß geführt werden/ wissen sie nicht einmahl/ wohin sie geführt werden/ und wenn sie sterben/ wissen sie nicht/ daß sie sterben. So wären ja die fromme Kinder Gottes elender dran/ als das Vieh/ und die Thiere/ wenn sie wieder solche Furcht des Todes keinen Trost hätten. Kein Trost aber kan und mag kräftig seyn/ als die Hoffnung der Auferstehung ihres Fleisches zu einem andern Leben. Solte der gutige Schöpffer sie ohne solchen Trost lassen/ wurden sie in einem elendern Zustand leben/ als das Vieh: da doch Gott den Menschen so wehrt geachtet hat/ daß Er umb desselben willen alles ander/ was in der Welt ist/ erschaffen hat/ als welches dem Menschen muß zu Nutz und Dienst stehen. Weil Gott ist unser Schöpffer/ so ist Er daher auch unser Vater/ der ein liebeiches väterliches Herz zu uns trägt. Wo ist aber unter Menschen ein Vater/ dem sein lieber gehorsamer Sohn solte abgestorben seyn/ der denselben nicht gern wolte wieder aufferwecken/ so er anders könnte/ zumahlen da er wuste/ er mußte sonst ewig im Tode bleiben? Und solte Gott über sein liebeiches/ barmherziges Vater-Herz können bringen/ seine fromme Kinder ewig im Tode zu lassen/ zumahl/ da Er sie kan wieder aufferwecken/ und lebendig machen? Nein! seine väterliche Liebe und Barmherzigkeit ist gegen sie gar zu groß/ daß Er seines Geschöpffs solcher massen gedencken wird. Sehet! So lehret das Licht der Natur/ und der gesunden Vernunft/ das eine Auferstehung der Gerechten zu einem andern Leben zu erwarten sey. Editum est hoc opusculum Germanicū, Anno 1696. mense Sept. Legat & Disp. VIII. Hamb. pag. 80. verba in th. 14 & 15. quæ hæc sunt. Non minus modestè statuendum de illis est argumentis, quæ vel a creationis fine vel a Dei paterno erga pios animo accersuntur. Ambabus largior, conditos esse homines, ut agnitam

tam Dei benignitatem potentiam & sapientiam celebrent
obedienter. Verum ex eo, quod parum perfecte debita
Deo declarentur obsequia, necessario esse inferendum: E.
Aliam suis Deus reservavit vitam, quam ingressi serviant
ipsi longe perfectius, id vero est, quod Hamburgensis Lo-
gica docuerit neminem. Hæc potius *παράδοξος καὶ ἀδόξος*
hanc annumerat propositionem: Quæ divino con-
ducunt honori, illa Deus reddere vult effecta.
Neque majus quam dialecticum concludendi robur huic
concedit ratiocinio: O. pater discupit filium obe-
dientem post fata resuscitari. Atqui Deus est
Pater: Pii autem sunt filii ejus obedientes. E.
Deus discupit pios post fata resuscitari. Huic
vero voluntati explendæ quin potentia Dei suf-
ficiat, dubium est nullum. XV. Novam formari
advertas objectionem: Si nulla dabitur carnis re-
surrectio, deterioris sunt homines, mortem præ-
scientes, metuentes, sentientes, quam bestiaë,
conditionis. Sed consequens fallit, cum pro-
pter homines condita sint omnia. E. dabitur
carnis resurrectio. Equidem hæc dianœa Paulinam
I. Cor. XV, 19. videtur æmulari, sed pari neutiquam gau-
det virtute. Propius à Damasceniana distat: Si nul-
la est resurrectio, melior in hac vita brutorum
est

est conditio, quam hominum. Lib. IV. de F. O. c. XXVIII. Hanc vero jure omni Christoph. Pe- largus in Damasc. l. c. f. 260 b. pernegat ἀναγκάσις καὶ ἀποδείξις esse argumentis accensendam. Habita est hæc Di- sputatio Anno 1697. mense Majo. Legat utrumque, qui habet ocu- los corporis & mentis ad videndum, & judicet. In æquo lectoris judicio acquiesco.

QUARTA.

An hæc mea sententia tanti sit momenti, ut publicè debuerit impugnari ?

NEgo simpliciter. Primò enim non peccat in sacram Scri- pturam & Theologiam nostram. In Sacram Scripturam peccare, contendit Tua Max. Rev. Dignitas probare pag. 14. Epistolæ ex dicto Paulino ad Rom. XI. quis cognovit mentem Domini ? Sed ad hæc & alia responde- bo in sequentibus. Secundò non est periculosa. Periculum exin- dè metuis, quandò pag. 6. Epistolæ exclamas : *“Vab! in pertinacie ali- mentum rapiet quæcunque satis frigide concludere deprehendit, & non sine sar- casmo & imbecillitate rationum ad falsitatem dogmatis colliget. Valet enim & in præsentis negotio, quod de probationibus Scripturæ Thomas scripsit : P. 1. g. 32. a. 1. Cum quis ad probandam fidem inducit rationes, quæ non sunt cogentes, cedit in irrisionem infidelium, credunt enim, quod hujusmodi rationibus innitatur, & propterea credamus.”* Verùm enim verò, hoc in illos cadit, qui Scripturam Sacrà ipsi corde & ore flo- cipientes Resurrectionis ambitū ex sola Rationis decempeda dime- tiri satagunt, Gloriando, se id firmiter & infallibiliter præstitisse. De me verò, & quia meis stant partibus, nemo id quidē suspicari potest, multò minùs nos Sarcasmo, & irrisionibus excipere, nisi Naturâ suâ sit ir- risor

rifor & scopticus : cum omnibus Naturalistis , qui inter Christianos vivunt, sit quàm notissimum, nos principium fidei divinæ agnoscere unicè Sacram Scripturam, quam, ut infallibile Dei verbum, alto pectore veneramur. Non possum intermittere, quin & sequentia Epistolæ tuæ verba repetam. *“Nolo, ne tibi gravè sim, plura. Alias Julii Cæsaris Vanini & Francisci Cuperi damna, qua adversus Atheos imbelli disputandi methodo Ecclesiæ intulerunt, hic referrem, recenserem etiam Divi Hülsemanni de Hugonis Grotii libro, quo Veritatem Religionis Christianæ ex rationis firmare voluit principis, judicium.”* An verò hæc exempla in me & institutum meum quadrant? Illi fuerunt, nisi omnes tres, tamen ad minimum duo, Athei: Ego verus Christianus. Illi scripta sua ediderunt, ut illis damna inferrent Ecclesiæ: ego salutem Ecclesiæ omnibus quotidie viribus promovere studeo. Quid Grotius de Sacra Scriptura senserit, abundè satis testatus est suis in illam notis. Et mea sententia de Resurrectione tantum distat à Grotiana, quantum distant æra lupinis. Hanc Dominus noster præceptor explicavit his verbis: Hugo Grotius lib. II. de V. C. R. f. m. 41. & R. Menasse Ben Israel l. c. statuunt, atomorum, & partium dissolutarum concretionem, seu redunionem in prius *ἰσχύσιμα* naturæ possibilem ac necessarium esse, formamq; animæ rationalis in illis atomis, quocunq; modo resolutis, permanere & conservari. Brev. Hülsem. p. 1166. Et quæ damna ex meâ sententia metuenda? aut quæ scriptis meis intuli Ecclesiæ? monstres mihi, quæso! An quisquam scripta mea in pertinaciæ alimentum rapuit, colligens ex imbecillitate Rationum falsitatem dogmatis? stolidus ille sit oportet, non attendens, nos hoc dogma fidei divinæ credendum prædicare non ex Lumine Rationis, sed Sacræ Scripturæ, clamantes cum Petro: *Wir haben ein festes Prophetisches Wort und ih̄t thut wohl/das̄ ih̄e darauff achtet etc.* 1 Pet. I, v. 19. Hæc ergo Tua comparatio sumpta est à dissimilibus, cum inter nos institutumque nostrum, & illos eorumque institutum longè dispar sit ratio. Vanus tuus hæc in re mea ullius est periculi metus, & argumentum hoc tuum hyper-

perbolicum, quo me indirectè per prateritionem gravari voluisti. Hæc culpatio omnes istos tangit Theologos, qui ductu rationis Resurrectionem evincere voluerunt. An vero tuâ Epistolâ Ecclesiam ædificaveris? ane potius scandalum dederis, considerent alii. Tertiò hæc mea sententia non adeò est inutilis. Utilitatem quandam ipse tuus Dominus Meierus negare noluit. Sic enim Disp. VIII. Hamb. § 10. pag. 78. scribit. Moverit hoc ipsum argumentum, quod vindicativa Dei justitia subministrat, nonnullos gentilium, ut mortuorum Resurrectionem fide receperint humanâ. Si nullam præstant utilitatem argumenta ex Lumine Rationis pro Resurrectione petita, vanus & cassus, Te judice, Vir Excellentissime, fuit omnium Theologorum ille labor, in primis antiquorum Patrum, qui tamè veritate ducti aliud sibi persuaderunt Ex multis saltem unicum Lactantium audi: Verum non desperandum: fortasse non canimus surdis, nec enim plus impuris spiritibus, quam Sancto licet. lib. V. instit. c. 1. Magni quoque æstimo judicium Theologi consummatissimi Domini D. Johannis Mülleri p. m. quondam nostri Reverendi Ministerii Senior meritissimus & nostræ Ecclesiæ Paulo-Petrinæ Pastor Vigilantissimus. Ille, postquam talia argumenta è Damasceno, Athenagora, Jacobo Martini citasset, subjunxit hanc suam *ἐπιεικῶς* mit solchen argumenten kan man einen Atheisten eintreiben. Ath. De vict. p. m. 247. Nō ignotū est, Patres Ecclesiæ nostra argumenta contra Ethnicos, sepositâ interim S. Scripturâ, magno cum fructu urfisse. Minimam meorum argumentorum utilitatem declarabo simili: Est quidam in devio, putans rectam se instare viam. Alius (in applicatione vir doctus, quatenus est Philosophus) ipsi acclamat: Heus! Viator! tu erras, certò quidem certius id affirmare non audeo, puto tamen verosimiliter ex his & illis Circumstantiis. Ille, si prudens est, non pergit strenuè, sed sistit gradum, & hæret ad minimum dubius usque dùm alius (vir doctus, quatenus est Theologus) ipsi rectam indubitato demonstraverit viam, quam anxie desiderans inquirat. Hic acclamator, Te judice, nihil planè contulit, ut aberrans in rectam deductus sit viam. Nonne primus in devio stantem pædagogicè & manductivè præparavit ad reductionem in rectam viam? Hanc utilitatem

tem & Eusebium intendisse suis de præparatione Evangelicâ libris, quos illis de Demonstratione Evangelica præmisit, non est, quod commemorem. Spe ergo meâ excidisse non credo, etiam si nullum argumentorum meorum esset apodicticum, sed omnia tantum essent probabilia, si modo prudentem offenderint Naturalistam: ille enim solus in rebus probabilibus tutissimam eligit viam. Talem mihi fructum etiam ex probabilibus, speciemque veri tantum habentibus argumentis polliceri possum. Sed obvertis: qui Deo non credit, num dubiis, ambiguis, speciosis tantum, quæ mille instantiis patent, movebitur? Nonne vero gentiles dubiis Philosophorum suorum placitis ad virtutem moti sunt? Nego insuper, argumenta mea esse verè & notanter dubia, ambigua, speciosa tantum. Logica Hamburgensis distinguit probabilia, & dubia instantiis, & exceptionibus sunt libera, omnibus tamen exceptionibus, & instantiis longe majorem fidem merentur. Dubia vero sunt, quæ animum nunc huc, nunc illuc trahunt, ut homo nesciat, cui assentiri debeat. Et quamvis mea argumenta mille paterent instantiis, non tamen unusquisque tot instantiasnectere valet. Imò sunt, qui nullam instantiam aut exceptionem dare possunt, ex solo aliorum dictò Resurrectionem negantes. Quis fallam de illis conciperet spem, fore, ut sub specie veritatis illis fides ingeneretur humana de Resurrectione? siquidem & error quandoque sub pallio veritatis apprehenditur, & per accidens fit utilis, dum bonos gignit fructus. Posito, me totaliter spe excidisse mea, sententia tamen est tolerabilis, utpotè quæ innocens, & innoxia.

QUINTA.

An Vir Maxime-Reverendus, Dominus Doctor Mayerus justas & prægnantes habuerit causas, Epistolâ me laceffendi?

Ille putat, ego non invenio. Una latet in his pag. 4. Epistolæ prolixis verbis: "*Poterat me quidem isto liberare labore Vir Excellens-*"
lentissimus & admodum Reverendus Dn. L. GERHARDUS MEIER,
sm.

“singulare Gymnasti nostri ornamentum, namque hunc erudita hæc lis in præsentem
 “attingit proprius, ille etiam, quæ ab erudito modestoque antagonista expectari
 “fas est, possidet omnia, quo de nemo, nisi qui bonam ejuraveris mentem aut bonas
 “litteras non intelligit, hæserit ambiguus. Sed, quæ Viri singularis prorsus est mo-
 “destia, noluit optima optima causa defensione suspicionem malevolis de se excitare
 “violatis erga Reverendum ordinem nostrum obsequii, cæteroquin si liberum secu-
 “rumque ab hac esse jusseris, ad asserendas theses suas vel calamo vel in Cathedra,
 “si volupe fuerit paratissimus. In Certaminis autem ego partem vel propterea ve-
 “nio, quod admodum Reverendus Meierus meus, æternum studiosorum bo-
 “næ frugis exemplum, Witebergensis Academiæ hospes olim gratissimus, hanc, quam
 “publice sustinuit, sententiam ex Collegarum meorum, CALOVII, QUENSTE-
 “DII, DEUTSCHMANNI meoque acceperit ore.” Quanti æstimem
 hunc Virum, vivum & publicum documentum est meum, Natu major,
 filius dilectus, qui jussu & Autoritate meâ non tantum publicas ejus
 lectiones & Disputationes, sed & tria privata collegia quâlibet heb-
 domade frequentat. Ægrè tuli, Vir Max. Reverende, quod
 me, illumque committere volueris, quem filio meo Præceptorem
 elegi. Illius Hyperaspisten agere superfedere potuisti, siquidem in
 Thesi ipsa, Resurrectionem Lumine Rationis aliquô modô
 esse cognitam, benè conveniamus ambo, quod demonstra-
 tum dedi quæst. secundâ. Quod pagellam meam attinet, modestis-
 simis verbis Latine est conscripta, suppressis nominibus Autoris & Di-
 sputationum, quâ nemo lædi potuit, nisi qui lædi voluit. Cætera lu-
 bens prætereo, & pergo ad causas reliquas, ubi Altera se ostentat
 in his verbis: “ego etiam studiosa Juventuti per tot lustra illam inculcaverim,
 “publicisque asseruerim scriptis, & hoc igitur, quo ad Te hæc scribo, mense ante un-
 “decim annos publica dissertatione fuerim tutatus XII. Junii A. 1686. De illâ
 tuâ Dissertatione Vir Excellentissime, nihil mihi innotuit: Adeo-
 que nemo de me suspicari audebit, opusculum meum Germanicum
 promanasse ex libidine contradicendi, aut aliquo scribendi pruritu.
 Vera compositionis causa hæc est: Laicus quidam, non de grege vul-
 gi, me audiente dicebat: non est Resurrectio. Ego mirabar ho-
 minis temeritatem, quærens: anne crederet Scripturæ? Est Scri-
 ptum merè humanum, respondebat, Quodnam verò hujus suæ
 incredulitatis fundamentum haberet, inquirebam. Nullum aliud
 præ-

prætere valedat, quam illud juveniliū diſcipulorum *αἰὼς ἔφα*,
 ille vir doctus, & quidem Eccleſiaſticus N. N. dixit. O levitatem ho-
 minis? qui in alterius, & ſi docti, (nam & illi errare poſſunt, & er-
 raverunt, ac Laici) confeſſione de re tam gravi ſuæ ponebat incre-
 dultitatis fundamentum: Quam facili negotio diſpellere putabam ar-
 gumentis è Lumine Rationis pro Reſurrectione petitis, confidens, plus
 ponderis apud illum habitura, quam illius viri docti puram, putam
 enuntiationem. Verebar quoque, ne hic multos ſui ſimiles procre-
 aret, vel jam procreaſſet, aut ad minimum haberet. Et quia vita ejus
 fidei non diſſimilis erat, argumentis pro Reſurrectione præmittere vo-
 lui argumenta de Deo, Creatore & Gubernatore mundi, de Creatori
 debitâ hominum obedientiâ: Hæc fuit ratio inſtituti mei. Vides er-
 go, opuſculum in unum prodiſſe ex affectu in Deum pio, & charitatis
 pleno in proximum: cujus editioni anſam dedit illa de controverſiâ
 Præ-Adamitica mentio. Sed, ut nervum tuorum, Vir Maxime-
 Reverende, verborum propius attingam, ſi toties me ore aut ca-
 lamô vis laceſſere, quoties à te diſſentiam, habebis me in poſterum
 Servum Tuarum opinionum, ne ampliùs turber: quod verò
 à me non expectes, nec ego in hanc ſervitutem me adigi patiar.
 Tertia proſtat cauſa in ſequentibus: *“Deſideratiſſimi etiam Præceptoris
 noſtri SCHERZERI manes Apologiam quaudam flagitabant, ex quoc-
 eandem, quam Ego propugno, Tu impugnas, Vir ampliffime, haufe-
 ramus doctrinam. Vides ergo Pl. Rev. Vir & commilitonis ingenui, & e-
 grati adverſus Præceptorem diſcipuli, & Publici Doctôris partes hanc, quam legi, ex-
 ceſſiſſe epiſto/am.”* Ingratû ergo me nuncupas erga Præceptorê diſcipulum,
 qui ex opinione tuâ impugno illam, quam ex Præceptore meo hauſerâ,
 doctrinam. Aſt, crede mihi, me non minus Te beatos deſideratiſſi-
 mi Præceptoris noſtri, Domini Scherzeri, manes & cineres vene-
 rari, qui ejus libros & ſcripta quotidie ferè volvo, primum ſemper
 meum refugium. Hi ſancti manes nullam flagitabant Apologiam.
 Scherzerus enim apodicticam tantum probationem, in ſenſu ſtri-
 ctiori, rejecit. Errores eorum, inquit, hîc notantur, qui
 nimium extollunt Philoſophiam, quaſi etiam ex eâ poſſit
 apodicticè probari Reſurrectio mortuorum. Talis fuit
 Julius

Julius Pacius. Grotius id tentans in L. de Veritate Christ. Relig. suspectam potius reddit quam persuadet Gentilibus Syft. Theol. pag. 574. Et, si non exactè observassem hanc nostri Præceptoris sententiam : an tu, Vir Max. Reverende, semper sententiis & opinionibus tui Præceptoris, pralaudati Scherzeri, tenaciter inhæsisisti? Habeo in promptu notabile exemplum : verum certis de causis hac vice illud sepono.

Juvat, & residuas Tuæ Epistolæ examinare causas. In Verbis proximè allegatis provocas ad publici quoquè Doctoris partes, quæ hanc Epistolam extors'erint. Sive Ecclesiasticum, sive Academicum intelligas Doctorem, neuter est Papa, qui solutus est legibus, sed uterque alligatus nostris Ordinationibus Ecclesiasticis & Bugenhagenii & Epini, in quas jurasti : nulla harum Tibi concedit potestatem, quæm cunquæ in Ordine Ecclesiastico publicè & personaliter corrigendi. Doctor quidem publicus debet partibus sui officii fideliter fungi, sed debito servato ordine. Si vel maximè sententia mea esset tam intolerabilis error, qui impingeret in Sacram Scripturam & Theologiã, propterea necessariò publicè redarguendus, quod tamè constanter nego, redargutio competeret præ prima, & secunda instantia, non cuivis Doctori publico, sed unicè Summè Reverendo Domino nostro Seniori, non tantum ratione Senioratus, sed & Pastoratus, (sum enim Diaconus non Jacobæus, sed Paulo - Petrinus), qui tamen suò hætenus silentiò meam sententiam declaravit ad minimum tolerabilem. Sed, an criminis ἀλλοπίστησικονῆς insinulandus sis, dispiciant alii. Quinta & ultima Tuæ Epistolæ causa, quam omnium primò examinare debuiss'em, quia primum in Tuâ Epistolâ occupat locum, latet in his pag. 3. Epistolæ verbis : *«planè confido fore, ut hæc quoque à TE Epistola eodem, quo à me scripta est animo, id est amico & veritatis cupido accipiatur»* : & est amor veritatis. Sed, ne urgeam, amorem veritatis, si sanctus sit, debitum quoque servare ordinem, hoc tantum dico, si candidus sit, sese extendere adversus omnes quoscunquæ, qui veritatem lædere videntur. Anne Tuus Dominus

minus Meierus veritatem aequè lædit scribendo Disp. VI. Hamb. §. 9. pag. 55. Resurrectionem à bonitate pariter ac iustitia Dei potius requiri quam repudiari, celeberrimus Dominus D. Fechtius declaravit solidissimè ? his verbis, si qua veritatis læsio illis insit, asserit, argumento è Lumine Rationis pro Resurrectione petito inesse soliditatem summam. Contrariam Thesin Magnus Calovius tutatus est asserendo : Resurrectio Naturæ Lumine probabiliter constat : solide (multò minus solidissimè) doceri non potest. Ubi jam, vir ingenue, tuus amor candor in veritatem ? An verò me castigare voluisti, ut tuo Meiero lumbi dolerent ? sed amor Veritatis, nisi cœcus audiendus, circumspectè agit, an veritas sit læsa. Vides, Vir Max. Reverende, Frater & Amice in Christo dilectissime, omnibus Te tuis cecidisse causis. Scrutare ergo, quæso, conscientiam tuam, illa intrepide veram in herbà latentem tibi causam indicabit.

SEXTA.

An de Resurrectione mortuorum planè non sit disputandum ex lumine rationis contra Naturalistas, S. Scripturam negantes.

Tibi, Vir Excellentissime, videtur. Sic enim pag. 73. Epist. "Reliquum itaque est, ut missis tum hoc tum similibus argumentis minus certis, ad Scripturam, tanquam ad sacram anchoram, confugiamus, Deoque ipsi futuram resurrectionem corporum nostrorum toties nobis promittenti, maxime vero eandem resuscitato Christo filio suo, Deo ac Servatori nostro clarissime manifestissimeque confirmanti, unice firmiterque accedamus." Contrarium statuit Dn. D. Balduinus in Cathedra Lutheri quondam Prof. Publ. Comm. in Ep. ad Coloss. p. m. 1073. b. Apponam ejus verba : "Fieri autem potest, ut cum Ethnicis nobis disputandum sit, quibus Scriptura ridetur, ideo ex Scriptura difficulter convincuntur, licet, si de Scripturis solis questiones suas sistant, stare non possint, ut Tertullianus loquitur in l. de Resurr. carnis. Et

si vero alibi fundamenta monstrantur, quibus Scripturarum divinarum auctori-
 tas ac majestas Ethnicis demonstrari valeat: neque dubium est, unius verbi divi-
 ni apicem alius penetrare etiam non renatorum corda, quam multa rationis argu-
 menta subtiliter excogitata; quam ob causam Augustinus paganum ex Scri-
 ptura Prophetica ad veri Dei agnitionem adduci voluit l. 13. contra Faustum
 Manich. cap. 7. non tamen prohibitum est, eos rationibus, apologis, similibus,
 allegoriis, propriis etiam suorum hominum sententiis, quibus aliquando sacra do-
 ctrina tantum illustratur, quodammodo convincere. Quo pacto Paulus Atheni-
 enses à superstitioso cultu ignori Dei ad notitiam veri Dei adduxit, non argumen-
 tis ex Scriptura petitis, sed ex creatione & conservatione omnium, quam ipsi ne-
 gare non poterant, ex Poetae denique Ethnici Arati testimonio, qui homines genus
 Dei nominavit: Unde infert: Genus cum simus Dei, non debemus
 hominis Divinum esse simile, Actor. 17, 24. seqq. Sic Romanos ex visi-
 bilibus ad invisibilis Dei notitiam adducit, Rom. 1, 20. Secus egit cum Judaeis,
 quos plerumque semper ex Scriptura Veteris Testamenti, quas ab illis in pretio ha-
 beri sciebat, de rebus fidei erudit. Ad exemplum Pauli Damascenus & alii
 ex veteribus non semper ex solo Dei verbo cum gentilibus disputarunt, sed ope-
 ram dederunt, ut ex propriis ipsorum notitiis, qualitercunque eis ad verita-
 tis agnitionem aditum pararent, non quasi ex suis principiis eam assequi
 possent, sed tantum, ut quid sibi deesset, agnoscerent, & ad amorem Scripturae
 divinitus inspirata incenderentur. Sic Damascenus errorem Cerdoxiae, Ma-
 rtonis, Marcionis de duobus principiis sive Diis, quatuor argumentis refutat, ex
 ratione deductis lib. 4. Orth. fid. cap. 21. Et contra Ethnicos non tantum scri-
 pturae argumentis utitur ad probandam resurrectionem carnis, verum
 etiam absurdis (quae tamen scriptura etiam monstrat) onerat opinionem eorum,
 qui resurrectionem negant. Ita nimirum argumenta rationis contra eos,
 qui scripturarum fidem in dubium vocant, interdum afferre licet, non quod ea
 rebus fidei fidem facere possint in animis incredulorum: sed ut his quasi ma-
 nuducantur ad Scripturam. Negativam tuam firmare voluisti hoc
 generali argumento, quia impossibile est, ratione duce, argumen-
 tis certis, & exploratis futuram colligere Resurrectionem p.
 15. Epist. fin. adeoque à ratione sperare certam probationem
 futurae resurrectionis p. 14. Epist. fin. Hinc vero non sequitur,
 plane non esse disputandum contra Naturalistas ex lumine rationis
 ad ingenerandam fidem humanam, ut manducantur ad Scripturas;
 Si-

Siquidem hic labor non plane irritus, iudice & ipso Balduino. Ad **Primum** vero argumentum ex Rom. XI. petum respondetur, dictum Paulinum impertinenter esse allatum: agit enim non de revelata, sed occulta Dei voluntate, quæ & Paulo, viro θεοπνεύσω cognitu impossibilis fuit: quod ex contextu apparet. Vid. Præceptor Syft. Theol. p. 48. D. A negatione vero cognitionis voluntatis Dei occultæ ad negationem notitiæ Dei naturalis non valet consequentia. Quod attinet hanc tuam argumentationem: "*si nullius hominis ratio tam acuta & callida cogitari potest, quæ argumentis valeat, quid homo aliquis decreverit, ostendere, nisi ipse voluntatem suam scripso vel voce declararit, qui fieri queat, ut homo circa Dei Verbum possit rationem certam ducere decretorum Dei? & in specie liberrimi de resurrectione corporum decreti.*" pag. 13. fin. 14. in Epist. negatur in illa antecedens. Etsi enim nullus hominum de alterius decreto exactè, plenè, secundum omnes circumstantias, certò, indubitato, & infallibiliter quicquam potest scire, potest tamen non nihil, aliquantum, & aliquo modo: notum enim est de Abigail prudenti fœmina ejusque servo, quod ex certis circumstantiis prælagiverint Davidis decretum, quod nullo scripso, vel voce illis declaraverat. Sanè certissimum est, resurrectionem corporum non esse naturæ in se necessariae, quod in Grotio jam supra damnatum: neque consequens esse corporis humani, ut olim seminis instar idem numero resurgat, quam sententiam Hieronymus Tom. II. Oper. Ep. ad Pamm. LXI. fol. m. 17. b. H. Origeni tribuit, exceptâ identitate numericâ, quam per similitudinem seminis negaverit. Nec abludivit ab hac sententia illa Judæorum de officulo Luz, recensente Domino nostro Præceptore Scherzero Brev. Hulf. Enucl. p. 165. Concedo quia credo, Resurrectionem unice dependere à voluntate libera Dei. Alit vero ex certis circumstantiis concludimus de voluntate Dei circa corporum Resurrectionem. Cum enim lumine rationis constet, Voluntatem Dei esse & bonam, & justam, etiam ratione duce è bonitate pariter, & justitia Dei colligimus, voluntatem Dei esse, ut homines resurgant, quod bonitas pariter & justitia Dei requirit. Deus eo modo libere agit, ut tamen non agat contra naturalem suam justitiam & bonitatem. Gerh. Exeg. f. 322. §. 278. ageret vero con-

Contra naturalem suam justitiam, & bonitatem, si homines relinqueret in morte, de quo in Vindiciis. Argumentum Secundum p. 14. Epist. m. nihil aliud probat, quam lumen rationis non sufficere ad ingenerandam certam & indubitam fidem de Resurrectione, sed insuper requiri revelationem Dei. Quod concedo. Tertium vero : *Viros sapientes*, Platonicos, adduci non potuisse, ut optarent Resurrectionem pag. 15. Epist. fin. è lacunis Ethnicorum haustum, est ne hili. Quid enim impedivit, quo minus ratione duce Resurrectionem invenire, aut optare potuerint? præconceptæ falsæ opiniones de Deo, animâ, & corpore: Et quis hodiè sapientum, (Fanatici sapientum nomine indigni), adhuc errat errorem platonicum, figmentum de corpore, ergastulo animæ, de animæ præexistentia, & origine ex essentia Tertii a primo Dei? Adeoque minime metuendum, hodiè sapientum nonnullos esse, qui nolint optare resurrectionem. Si qui adhuc essent, convincendi prius in errore Platonis ex *ἀνομοφιλία* omnibus hominibus, adeoque & Platonis, innata. Fateor, insitam nobis esse corporis nostri Charitatem, Seneca Ep. XIV. Nemo suam ipsius carnem odio habuit unquam (nisi fuerit emotæ mentis, ut ex furore instar cycloporum in propria sæviret viscera) sed enutrit, & fovet eam. Ephes. V. 29. & ex eadem *φιλαψία* optat corporis resurrectionem. Nec Plato libi ipsi semper idem: Dialogo enim tertio de Repub. ita philosophatur: curandum est corpus ob eam, quam habet anima cum corpore, harmoniam: per corpus enim nobis vivere licet, ac recte vivere, si veritatem clarâ voce testari volumus. Ipse corpus suum ita curavit, ut vitam traxerit in octogesimum fere quartum ætatis annum. De Platonis superbia in vestitu, quo corpus ornavit, & Diogenis superbia in gestu, quo Platonis superbiam conculcavit, nota est historia. Quis verò unquam carcerem suum, & Ergastulum amavit, curavit, & ornavit? Nonnulli Patres attestantur, Platonem Resurrectionem indirectè asseruisse. Arnobius Lib. IIX. advers. Gent. p. m. 370. 371. qui potius Minutio Felici ascribitur, ita differit: Sic etiam conditionem renascendi Sapientium clariores, Pythagoras primus,

mus, & præcipuus Plato corrupta, & dimidiata fide tradiderunt. -- Ad propositum satis est, etiam in hoc sapientes vestros in aliquem modum nobiscum consonare. Ipse Arnobius lib. II. advers. Gentes p. m. 65. Audetis ridere nos, quod mortuorum dicamus resurrectionem futuram, quam quidem nos dicere confitemur, sed à vobis aliter, quam sentiamus, audiri. Quid in Politico idem Plato? nonne cum mundus occæperit ab occiduis partibus exoriri, & in cardinem vergere, qui orientis est solis, rursus erupturos homines telluris è gremio scribit senes, canos, decrepitos, & cum anni cæperint accedere longiores, per eosdem gradus, quibus hodie crescitur, ad incunabula infantiae defuturos? Augustinus libr. 22. de C. D. cap. 28. Amantes Platonem dicunt, cum aliquid simile nobis, etiam de mortuorum resurrectione, sensisse. Nemefius, Episcopus Emesenus, de nat. hom. c. 38. Ex Platonis doctrina de restitutione universi dicunt aliqui Christianos revocationem corporum à morte ad vitam imaginari. Locus Platonis, ad quem Patres respexerunt, legitur in Politico f. m. 537. B. his verbis: Quod vero hinc sequitur, animadvertendum arbitror. Huic enim, quod dicitur, senes in naturam regredi puerorum, hoc consonum est, quod ex mortuis, sed terra conditis, illi iterum tum restituti, reviviscentesque quidam sequuntur rotationem illam cœli sive seculi, generatione in contrarium revoluta. Quod Synesium attinet, qui è Philosopho Platónico Christianus, & Episcopus factus, testatur de illo Evagrius lib. I. H. E. cap. XV. f. 273. fin. 274. in. quod à Christianis edoctus veram de Resurrectione sententiam amplexus sit. Lucas quidem Holstenius diss. de Synesio, & fugâ Episcop. f. 204, B, b. probare voluit, de illo contra-

rium

rium ex ejusdem hymnis. Sed Evagrius provocat ad Synesii Epistolas, post susceptam Sacerdotii dignitatem conscriptas, nec non orationem Theodosio Imperatori dictam, & alios ejus libros admodum utiles. Puto, tempora esse distinguenda, priora, & posteriora Episcopatus Synesii & conciliabuntur Evagrius & Holstenius. Synesius nobis exemplum est, platonicos, utut initio pertinaces, tamen esse convertibiles. Origeni Daniel Huetius variantes de Resurrectione attribuit opiniones, Lib. II. Origen. qu. 9. f. 130, seqq. Mitto hoc argumentum Justinii Verbis: Ridiculum est, eis, qui resurgunt, esse incommodum, ut sint incorruptibiles. f. 209. D. quod de piis intelligendum. Alias de Impiis quam verissimum, quod Arnobius lib. IIX. adv. Gentes, qui Minutio Felici ascribitur f. 230. fin. testatur: Non ignoro, plerosque conscientia meritorum, nihil se esse post mortem, magis optare, quam credere: malunt enim extingui potius, quam ad supplicia reparari. Circa quartum: *Religionis Christiana prerogativam esse, ut illa nos ex ore Filii Dei doceat, qua caro, & sanguis non possunt nobis manifesta facere* p. 16. Epist. distinguendum est inter Articulos Christianae fidei: quidam enim sunt puri, merè Theologici, qui alias mysteria vocantur, ut de Trinitate &c. Hujusmodi articuli nullo prorsus modo probari possunt argumentis ex ratione ductis. Quidam vero sunt mixti, qualis est de existentia Dei &c. in his etiam ex ratione argumentari licet, utpote de quibus DEUS etiam rationi aliquam reliquit notitiam, qua gentibus primum quasi gradum ad salutarem illam, quae tantum ex verbo addiscitur, parare voluit. Hanc distinctionem explicare volui verbis Domini D. Balduini comm. in Ep. ad Coloss. p. m. 1074. qui omnino ibi videndus. His mixtis annuero & illum de Resurrectione, & quidem ex concessione prae laudati Dn. D. Balduini l. c. p. 1073, b. m. fin. Ipsa resurrectio lumine naturae nobis constat, quod sit futura: licet non de omnibus qualitatibus, & circumstantiis Resurrectionis lumen naturae nos informet,

met, quod sola scriptura potest. Nonnè & Tertullianus cap. 1. de Resurrectione asseruit : Fiducia Christianorum Resurrectio mortuorum : nihilominus multis rationis argumentis hanc veritatem Christianam probare voluit cap. 14. 15. 16. Isidorus Pelusiota de argumentis κατ' ἀνθρώπων, & Symbolis Resurrectionis ita loquitur : operæ pretium est, quoniam Ethnici Scripturas S. rejiciunt, ex rationibus ἐπι ἀποδεικτικῆς τάξεως, ac demonstrationibus ejusmodi sermonem exstruere, qui velut vim afferat, efficiatque, ut, quod obscurum est, perspiciamus. Probè notandum est Lactantii de Cypriano dictum : Hic placere ultra verba sacramentum ignorantibus non potest, quoniam mystica sunt, quæ locutus est, & ad id præparata, ut a solis fidelibus audiantur. lib. 5. Instit. cap. 1. Hinc jure meritò Theologo vitio verti non potest, ubi, ansam præbente homine, S. Scripturam vanam credente, prætermittà revelatione supernaturali ex ductusana rationis philosophetur, quod & Paulum cum Ethnicis agentem probè observasse suprà ex Balduino perspeximus, & testatur Chrysostomus Homil. 3. ad Titum. Vides, Vir Max. Reverende, Te potius habere rationes propugnandi, quam impugnandi Resurrectionem ex lumine rationis, nempè, ut ex sententià Balduini illis, quibus Scriptura ridetur, primus gradus qualitercunque pareretur ad salutarem notitiam, aditus ad veritatis agnitionem, & quasi manuducantur ad Scripturam. Quotus ille Theologus consummatissimus in ordine Tuorum Dominorum Antecessorum sit in Cathedra Lutheri, Tibi enumerandum relinquo. Si Tui ingenii acumen, & industriam in hunc laborem dedisses, multo majori laude tua ornata fuisset Epistola, & jure meritissimo diceretur ἐνδοξος, καὶ Φιλόδοξος.

Interim acri tuo judicio perpendendum propono celeberrimi Rostochiensis Theologi Dn. D. Fechtii argumentum, quod Tuus

D

Do-

Dominus Mejerus solidissimum judicavit, Ipse prælaudatus Theologus APODICTIGUM majusculis literis nuncupavit. Sic enim Schediasm. Sacr. Exercit. I. p. 437. promittens scribit: cap. XXIX. *Agmen claudet argumentorum omnium fortissimum validissimumque, quod à justitiâ Divinâ desumitur, cujus præcipue in puniendo voluntatem prorsus necessariam & velut immutabilem, atque essentialem non Theologos duntaxat Christianos veteres, recentioresque, sed quotquot rectâ ratione unquam rectè usi sunt, gentiles agnovisse, luculentis & omni ætate testimonis, atque unâ & id comprobabitur, ex ejus sanctissimæ justitiæ dictato, non animam tantum in alterâ vitâ, ut præmia rectè factorum, quibus in presenti mundo destituebatur, & pœnas scelerum, quas hic nunquam pertulerat, consequatur, superfuturam, sed corpus quoque resuscitandum atque eid. in animæ consociandum esse, cum naturali justitiâ conceptui repugnet, separari, ut Tertullianus ait, in mercede, quos opera conjungit. Et cum, quæcunque ad argumenti hujus robur debilitandum vulgò corraduntur, ita validè possint elidi, ut non inveniatur sana ratio, quod jure obvertat, hoc ultimum argumentum haud veremur vocare APODICTICUM. Non deerit huic suo argumento, si modo Deus vitam, & vires concesserit, quod illi animitus precor, illud ab omnibus tuis instantiis, & exceptionibus vindicare. Sic enim l. c. p. 438. pergit: cap. XXX. Denique coronidis loco, quæcunque contra argumenta hæcenus allata excipi, aut veritati futuræ resurrectionis, ex rationis indubitatis præceptis defensione, opponi poterant, (sunt autem & numero plurima, & primore intuitu speciosa) ea ex ejusdem rationis principiis, ne nullus in animo legentis remaneat scrupulus, summâ, quâ poterimus, curâ & diligentia retundemus. Item sex argumenta Domini **Friderici Weisen** / Aulici concionatoris Primarii, Consilii Ecclesiastici, & Gymnasii Inspectoris Quedlinburgensis, quæ urget in seinem dem göttlichen Gnaden Licht fürleuchtenden Naturlicht Edit. Anno 1696. Liber ille non minus, ac meum opusculum Germanicum, inscriptus est, **Gründlicher Beweis**. Invenies, quod agas. Est hic loci Theologus, & Tibi, & mihi quam notissimus, qui non veretur *ἀποδειξω* defendere. Si, periculum facere, volupe est, fortassis ad tuum nutum erit paratus. Sic mihi plus oiii, Tibi plus negotii, quo delectaris, faceflo.*

Finio voto pio. Faxit Deus T. O. M., cujus opus est, quod credamus Resurrectionem, ut hanc non solum ore

ore, sed & opere profiteamur, ne discrepantia oris
& operis arguat incredulitatem cordis.

Quod superest, certo certius Tibi persuasum habeas,
Vir Maxime-Reverende, Te à me amari amore
verè Christiano, quem nunquam à me separabit aut hæc,
aut alia à TE mota controversia. Vale iterumquè vale,


Dabam
Hamb. Anno 1697.
d. 9, Iulii,


& fave
tuo
Expectanti
meliora Tui Amoris
argumenta
in me

Johannem Vake.

INDEX ONOMASTICUS.

	pag.	lin.		pag.	lin.
Arnobius	22	31	Iohannes	13	23
	23	4	Iustinus	24	9
	24	12	Lactantius	14	14
Athenagoras	6	27		25	10
	14	20	Iacobus	14	20
Augustinus	6	12	Gerhardus	8	7
	20	4		14	6
	23	13		15	ult.
Fridericus	19	27	Iohannes	14	17
Balduinus	21	1	Mullerus	23	15
	24	26	Nemesius	21	23
	25	20	Origenes	24	7
Abrahamus	8	9	Christophor.	12	2
Calovius	29	7	Pelargus	25	4
	19	7	Ifidorus	22	16
Chrysoftom.	25	17	Plato	23	18
Damasceus	11	23		6	8
	14	20	Ioh. Adamus	7	13
	20	17	Scherzerus	17	31
	22	26		19	1
Evagrius	23	26		21	5
Eusebius	15	1		25	25
Iohannes	25	ult.	Seneca	22	18
Iohannes	21	ult.	Synesius	23	25
Hugo	13	14	Tertullianus	25	1
	17	22	Theodoretus	6	15
Hieronimus	21	22	Weiffen.	26	24
Lucas	23	28	Fridericus		
Daniel	24	71			





INDEX ONOMASTICUS.

	pag.	lin.		pag.	lin.
arnobius	22	31	Iohannes	13	23
	23	4	Iustinus	24	9
thenagoras	24	12	Lactantius	14	14
	6	27		25	10
ugustinus	14	20	Jacobus	14	20
	6	12	Gerhardus	8	7
	20	4		14	6
alduinus	23	13	Iohann	15	ult.
	19	27		14	17
	21	1		23	15
	24	26		21	23
	25	20		7	
alovius	8				
	38				
hryfostr					
ama					
vagrius				31	
ufebius				9	1
echtius	25			21	5
erhardus	21	ult.			25
rotius	13	14		22	18
		17		23	25
ieronymus	21	22		25	1
olstenius	23	28	Fridericus	6	15
luetius	24	71	Weiffen.	26	24

